



Gvillelmi Postelli De Repvblica

Postel, Guillaume

Lvgdvni Batavorvm, 1635

Cap. XXXII. De gynæconomis, qui matronarum cultui, ne modum
excederet, præerant.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65533](#)

C A P . XXXII.

De gynaconomis, qui matronarum cultui, ne modum excederet, praeerant.

GYNAIKO' NOMOI, aut *γυναικόνομοι*, de matronarum primum, postea de omnium mulierum ornatu statuebant, ne ulla ipsarum quicquam se indignum ferret, utque singulæ proportione census & facultarum inducerentur, indicta multa ei quæ secus fecisset, qua statim plecti solebat quæ edicto, aut legibus de ea re latis non paruisset. Erat etiam de incessu lex à Philippide quodam lata, ut quæ inhoneste incederet, statim mille drachmis multaretur. Hos fuisse viginti numero scribit Pollux. Veneti quum proxime actis annis viderent cum in mundo muliebri

O 4 sum-

sumptum intolerabilem, indeque
rei familiaris in immensum di-
spendium crescere , sanxere ne
ulla patricii sanguinis mulier, aut
puella in publicum veste serica
induta prodiret, nisi nuptiarum
die, & quibus nuptiis, conviviis-
ve solennibus adesse moris est:
quum alioqui multæ etiam hu-
mili loco natæ cum reginis pom-
pa certare possent. Statuere præ-
terea, ne aureum, gemmisve or-
natum torqueum , monileve , aut
cingulum una ferret, gemmasve
in annulis gestaret. alterum enim
horum tantum eligere necesse
est, aliis carere. Creati ad hanc
rem magistratus , eas cogunt
multando legis observare præ-
scriptum. Non dico quam ista
lex sit nobis necessaria, quum il-
lis qui prædia tam sua, quam ali-
ena, domos, dignitates, & quic-
quid undique per fas , aut nefas
corraderem posse, in humeros, &
orna-

ornamentum uxorum, & adolescentularum exponere vano more coguntur, sit satis persuasum. Unum id adseverare constanter non dubito, frustra leges condit, & instaurari, nisi funditus evulsa peccandi origine: quæ quantâ in his præcipue sit, qui in foro sunt, atque versantur tantum non ad ossa, medullasque exesi miseri litigatores docent: viri boni qui hæc ex usu perferre coguntur, deflent. nec enim videre possunt quid tantopere proposit uxori gratissimæ marito ille ornatus, nisi ut amatoribus placeat magis. pudicis enim, & probis nil præter molestias adferre potest. Athenæus sexto Dipnosophistarum libro *γυναικείων* officium latius patuisse scribit, ubi de parasito ait. Narrabat *χαριπόν*, aliquando parasitum non vocatum venisse ad conviviū, quemque rerumberet in ultimo mensæ

O s loco

loco , ipsis gynæconomis (quos
symposiarchas alio verbo Græco
Latinis magis usitato dicere hic
possum) numerantibus , ut moris
erat , convivas invitatos , illum
parasitum , ut qui numerum ex-
cederet tricenarium præfinitum,
discedere iubentibus , Numerate,
inquir secundo , à me incipien-
tes . Quod vero mos esset gynæ-
conomos convivia inspicere , in-
vocatorumque numerum disqui-
rere , si legis servaretur præscri-
pto , Timocles in φιλοδικάση ita
scriptum reliquit . Referate , ait ,
portas , ut in luce simus conspicui
magis : ut pertransiens si volet gy-
næconomus , numerum capiat
convivarum , secundum scilicet
legem novam : quod fieri est soli-
tum . statimque subdit : Philocho-
rus in septimo Attidos ait , Gy-
næonomi cum Ariopagitis con-
gressus hominum in singulis do-
mibus observabant , atque in nu-
ptiis ,

ptiis, & sacrificiis: quoniam illic solebant dapibus affatim uti, atque adeo tantum non obrui. Hæc Athenæus. Non convenit in convivarum numero cum Platone. Is enim in nuptiis ultra decem convivas esse non vult, quinque viros scilicet, & totidem fœminas. Verum ille rem gestam, hic imaginariam, qualis est tota illius Respub. scribit. quapropter & magistratus illos quos Politia exponit nolui attingere, ne quis ignorantia, aut negligencia id à me factum credat.

CAP. XXXIII.

Περὶ ὀνόματων, quos bibendi arbitros dicere possumus.

Quos cæteri authores ^{οἰησο-}
^{πλας} dixerunt, id est, vini observatores, illos Plato in eff. & tæ suæ Reipub. libris πυράμηρας vocavit,